



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Nicolao peregrino et confessore. Cap[itulum]. lxxviiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

consumauit. Blandina hō primo & secundo die diuersis penarū generibus cruciata tertio die ad stipitē ligata bestijs exposita: sed ab his minime lesa: quarto die verberibus acta: craticus la exusta: ad vltimū gladio iugulata est. Eius exemplo ponticus puer anno: .xv. multis passionibus affectus ante illam gladio palmā percipit. Maurus hō quidam: zacharias presbyter: epactus albina: grata: & alij ceteri eiusdē collegij gloriosi diuersis supplicij diebus plurimis torti: deinde in sellis ferreis igne subiecto affati: nouissime gladio consumati sunt. Quorum omnium quadraginta octo martyres reliquie in cense & rhodanū fluitū disperse fuerunt. Sed diuina dispositione in loco in quo corpora combusta fuerat: cineres & ossa incombusta dimissa a fidelibus reperta & recollecta atq; in ecclesia apostolorum sub altari condita sunt. Horū oim passio agitur. iij. non. iunij.

De sancto Nicolao peregrino et confessore. Cap. lxxviii.

### Nicola cognomēto

**N**icolai cognomēto peregrinus confessor natione grecus tempore vrbani pape secundi claruit. Hic in annis adoleſcētib; in monasterio sancti luce quod in scyro grece partib; sitū est diuitius puerfatus angelicam vitam duxit. Cumq; dominica precepta que crucem tollendam sequiq; dominū iubēt solite audisset: non tamē spiritu: sed manibus corpoream crucem arripies monasterio discessit: & vt christum liberius sequeretur: peregrinū cepit: qui veniens hydrātum apulie ciuitatem: ibiq; aliquātulus commemoratus venit tarentum: vbi aliqua miracula ostēdēs a populo reuerentie est habitus. Inde venit ad ciuitatem tranē. vbi crucem ex more manibus basulans puerorum multitudinē congregauit: cū q̄bus sacrarū bis loca circueōs: kyri eleison clamare nō cessabat: puerosq; subsequentes vt similit̄ clamarent concitabat: & vt ad se quotidie conuenirēt: & hoc diebus singulis iterarēt. puerulos pomis & fructibus sibi datis alliebat: quibusdā hō altiora de eo sentientibus: & columbinam presumētib; simplicitatē. Nā pauperrimis indutus panniculis: nudis pedibus incedebat: sine intermissione orabat: diebus singulis non ante vespas cibum sumebat. Panem hō modicum & aquas semper comedebat. Cum autem eius fama ad bisantium archieps scopum peruenisset: eum ad se accersit: & cur talia clamādo p vrbē circūiret: sciscitatus est. Cui sanctus vtr̄ preceptum domini de cruce sumenda confestim allegauit: quam nedū animo sed corpore se gestaturum quotidie disposuit: quod si episcop; in eius sibi dnoceſi denegaret: ad oppidum ipse mox aliud properaret. Pres-

sul autem prudens sancti confessoris fectā intentionem & columbinam simplicitatem attendens ei prohibere noluit: quin propositum adimpleret: quinimo rogauit: vt quotidie ad suā mensam reficiendus accederet. Cum autem nicolaus archieps copi mādata adimpleret: & ciuitatem ex more kyri eleison clamans & cruce basulans cum pueris peragraret: post dies modicos febre corripitur: & in hospitio cuiusdam ex ciuibus nobilis deuotione maxima refouet. Qui ad extrema deueniens pueros suos aduocauit: & crucem suam eidem tradens: eos in nomine domini benedixit: sicq; spiritū in pace domino reddidit. iij. non. iunij. Statimq; a ciuibus vnanimiter ad eum ex deuotione confluentibus corpus ad ecclesiā beate marie deducit: & a cunctis certatim irrūētib; pedes eius cū reuerentia deosculatur. Eodem die mulier tranē. nomine mundella corporis tactu sanctissimi lumen oculo: unū triennio ante perditū recuperauit. Alia mulier bisantia nomine cui; brachium aruerat sanitatem recepit. Altera etiam alba nomine dolore ventris dudū nimio fatigata: medelam a sancto cadauere percepit. Sicq; ab archiepsicopo & populo corp; peregrini nicolai in ipsa ecclesia honorifice tumulatur: vbi multis signis effulget.

De sancto zacharia monacho. Cap. lxxix.

### Zacharias monach;

**Z**acharias monachus siluanus abbas discipulus artissimi in heremovitam duxit. Qui rapt; in exesi a mane vsq; ad horam decimam ad se rediens: dixit se vidisse gloriā dei: & tunc fuisse dimissum: qui etiam pallium suum pedibus conculcans: dixit neminem posse fieri monachum: nisi qui sic animo omnia conculcasset. quicquid in pace quarto non. iunij. Nec heraclides.

De sanctis pergentino & laurentino martyribus. Cap. lxxx.

### Pergentinus & laurentinus

**P**ergentinus & laurentinus fratres vrbani nobiles ciuitatis arctine passi sunt sub persecutione decij cesaris in eodem oppido. Cum em̄ tyburinus consularius decij eandem urbem ingressus esset: delati sunt ei predicti fratres q; populū a deorum cultura superarent: qui illos aduocās: et primo quidē blanditijs multis hortari cepit: vt a christi predicatione desisterent. Et quia nobili progente orti fuerant: eos tunc lenitate mollire cupiens dimisit. Cum autem adhuc dei martyres constanter christū confiterent: & populū a sacrificijs subtraherēt exhortationib; suis. Iterum delati tyburio tenti sunt: et cathomis leuati diuitius